

*Quod nobis omnibus prestare dignetur dominus ihesus christus
Qui cum patre et spiritu sancto est in perpetuum benedictus.
Amen.*

*Explicit liber speculum humane
sal. De Autore, quod adfirmem,
non habeo. Ordinis Praedicatorum
fuisse suadet Caput XLIV.
de Tristitiis B. V. quae Fratri
cuidam hujus ordinis revelatae
fuisse dicuntur; unde et depictus
ibi praeit.*

CLVIII. VI B4

57 Codex membraneus lat. Sec.
ut videtur XIV. Folior. nunc 9.
f. pictus potius, quam scriptus
continet quavis pagina Iconismos
duos coloribus illustratos exhibentes
in medio Mysterium quoddam
N. T. circumdatum undique
figuris ex V. T. depromptis Mysterium
illud adumbrantibus, et Prophetarum
oraculis illud praefig-

*Vipera uim patitur de impaciente puella.
Virgo salutatur innupta manens grauidatur.
Rore madet uellus remanet tamen arida tellus.*

Infra ad dextram Virgo cum serpente,
ad sinistram Gedeon cum angelo. In
medio Angelus salutans Virginem. Circa
sunt Prophetae, Isaias cum lemmate: *Ecce
Virgo concipiet et pariet.* David: *Descendet
sicut pluuia in uellus.* Ezechiel: *Porta
clausa erit et non aperietur.* Jeremias: *No-
uum fecit dominus super terram.* Ita et
reliqui Iconismi procedunt numero
XXXIV. suntque: *Natiuitas Christi. Epyphania
domini.*

nantibus. Frons cuiusvis Iconismi
loco biblico et versibus tribus leonini
figuras explicantibus insignita est.
Damas *διεγραψεν Iconismi*
I. fol. 1. p. 2. Ad dextram: *Legitur
in Genesi. Quod dominus dixit
serpenti. Super pectus tuum gradieris.
Et postea ibidem legitur de serpente
et muliere. Ipsa conteret caput tuum.
et tu insidiaberis calcaneo eius.* Nam
istud in *annunciacione beate Virginis
ad impletum est.* Ad sinistram: *Legitur
in libro Judicum. quod Gedeon petiuit
signum uictorie. in uellere per pluuiam
irrigandum que figurabat uirginem
gloriosam sine corruptione corporis
impregnandam ex spiritu sancti
infusione.* Subjecti tres hi versus:

*Purificacio. Fuga cristi in egyptum.
Venit in egyptum. Innocentes occiduntur.
Reuersio de egypto. baptisumus domini.
Temptacio dyaboli. Transfiguracio domini.
Inuitacio Zymonis. Resuscitacio Lazari.
In die palmarum. Expulsio uendentium
de templo. Cena ultima. Cayphas Judas.
(Semper nigricomus) Judas uendit cristum.
Judas osculatur cristum. Hic presentatur
pylato. Coronacio domini. Portacio crucis.
Passio domini.*

ni. *Transfixio. Tumulacio domini. Spoliacio inferni. Resurrectio domini. Visitacio sepulchri. Apparicio Marie Magd. Apparicio post resurrectionem. Ostensio vulnerum. Ascensio domini. Missio sancti spiritus. Mors B. V.* Nemo typographicae antiquitatis paullo peritior non videt Iconismos hos nostros *περοδεομους* fuisse xylographici illius Tentaminis, quod vulgo *Biblia Pauperum* audit, cujusque Specimina quinque diversa in Bibliothecis adservari testatur Cl. Heinecke *Idée generale d'une Collection compl. d'Estampes. Lips. 1771. p. 306. 8.* Quin comparatis illis cum exemplari *Bibliorum Paup.* quod Caesarea condit Bibliotheca, patuit, Inscriptio-num nullam esse differentiam, solumque Xylographum in efformandis figuris a Pictore nostro saepe saepius abire. Patuit praeterea, Iconismos e Codice nostro quosdam deperiisse. Censemus enim non nisi XXXIV. cum ad completum *Bibliorum Paup.* exemplar XXXX. requirat laudatus Heineckius. Itaque nobis defunt, ut ille gallice effert: *Le Christ va au jardin des olives. La prise de Jesus au jardin. Le dernier jugement. L'Enfer. La Beatitude. Les recompenses des élus.*

CLIX. VI B. f.

54 Codex membraneus germ. Sec. XV. Folior. 370. f. caractere unciali, crasso, ad Psalterii Faustiani MCCCCLVII. formas accedente exaratus et rubricis pro-

be distinctus continet *Postilla* five *Expositiones Evangeliorum*, ita, ut positis latine primis sacri Textus verbis sequatur eorum interpretatio, tum in ea fusius differatur, adductis etiam in confirmationem aliis Scripturae locis, et PP. effatis. *Damus initium. In principio erat uerbum. et uerbum erat apud deum. &c. daz sprichet also. In dem anegeng waz daz wart. vnd daz wort waz bey got &c.* Initium glossae: *Di andrn euangelisten schreibent. Daz unser herre geporn sei in der Zeit diser welt. daz ist nach der menscheyt. &c.* Narrationes de Natali Servatoris, fuga in Aegyptum et vita in Nazareth multis piis fabellis scatent depromptis ex *Evangelio Infantiae Christi*, cujus specimen ex Graeco J. B. Cotelarius, ex Arabico Henr. Sikius dedit, et repraesentavit J. Alb. Fabricius in *Cod. Apocr. N. T.* p. 127. collato insuper ex *Lambec. L. VII. p. 270.* fragmento *Bibl. Caes. Graeco*, quod tamen nunc evanuisse legimus in *edit. Kollar. ejus Libri col. 579.* n. B. Specimen fit ex *fol. 88.* sequens narratiuncula: *Eins andern tags ging daz chint ihesus mit einen chrug nach wasser vnd wolt seiner mutter wasser pringen alz ander chint taten. do zeprach er den chrug. Do sprachen di andern chint. Jhesus wie wil du nu tun. do nam er dez wassers in seinen gern (vestis anterior plicata, finus) vnd trueg es seiner mutter beym. das nie chain zaber (gutta) ber auz cham. Nu wolten di andern*